Incepta est disputatio die 9.ª februa. 1563.

Articuli de Sacramento Matrimonij per Theologos Triden. cœpti disputari die IX. Febr. 1563

(20)

Prima classis

Matrimonium non esse Sacramentum a Deo institutum, sed ab hominibus in Ecclesiam inuectum, nec habere promissionem gratiæ

Parentes posse irritare Matrimonia clandestina, nec esse uera matrimonia, quæ sic contrahuntur, expedireq3 ut in ecc.ª hmoi in futurum irritentur

Secunda classis

Licere post repudiatam uxorem causa fornicationis iterum contrahere uiuente priore uxore: errorem q3 esse extra illam causam fornicationis diuortium facere

Licere Christianis habere plures uxores: prohibitionesq3 coniugiorum certis anni temporibus superstitionem esse Tyrannicam ab ethnicorum superstitione profectam

Tertia classis

Matrimonium non postponendum, sed anteponendum castitati, et Deum dare coniugibus maiorem gratiam q̃ alijs

Licitè contrahere posse Matrimonium sacerdotes occidentales non obstante uoto, uel lege ecc.ca: et oppositum nil aliud esse q̃ damnare Matrimonium: posseq3 omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se habere donum castitatis

Quarta classis

Gradus Consanguinitatis et affinitatis descriptos Leuit. c. 18. præcipuè debere seruari, non plures, neq3 pauciores

Solam impotentiam coeundi, et ignorantiam contracti dirimere contractum Matrimonium: causasq3 Matrimonij spectare ad principes seculares

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria